

Johann Huswedel

**Programma Quo Rector Universitatis Rostochiensis, Johannes Huswedelius,
Phil. pr. Prof. Ad Exequias Quas Pio & modesto luveni Dn. Christophoro
Maschovio, Frater maestissimus paratas cupit, Omnes Academiae cives Studiose
invitat**


Rostochi[i]: Kilius, 1639

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn770291988>

Druck Freier  Zugang



Huswedel, J. ,
in
C. M a s c h o v.
Rostock, 1639.



PROGRAMMA

Quo
RECTOR

Universitatis Rostochiensis,

JOHANNES HUS-
WEDELIUS, Phil. pr. Prof.

AD EXEQUIAS

Quas

Pio & modesto Juvenci

Dn. CHRISTOPHORO
MASCHOVIO,

Frater mæstissimus paratas cupit,

Omnes Academiaves Studiose invitat.



ROSTOCHI,

Litæris NICOLAI KILII, Academ: Typogr.

Anno M DC XXXIX.



Vi studijs liberalibus operam navant juvenes, vel apud nos, vel alibi, ad finem haud dubiè certum contendunt: ad verum autem contendant, multa nos dubitare cogunt. Amœnitatem ac meram oblectationem sectantur multi & in campis doctrinarum vagantur: plurimi ad panem, ut ipsi ajunt, lucrandum, vel ad opes ac divitias, quasi ad aureum vellus heroes Argonautæ, remis velisq; navigant: honorum splendore qui ducuntur, eoque oculos præstringi sibi sinunt, coelum digito attigisse putant, si ad illos aliquo modo perveniant. Utilitatis & emolumentum publici rationem qui habent, cæteris haud paulo rectius videntur judicare, modo ne in ipsa via ad publicum bonum & quidem ab ipsa janua aberrent. Etenim differendi argutiæ ac subtiles quæstionularum telæ, ut excellentium ingenia videantur acueri, (neq; enim id negare nunc tempus est) tamen ad bene vivendum, siue privatim, siue publice, piè ac placidè moriendum non admodum conducere videntur. Quod si juvenes, & Studiosi nostri rectè & pro rei necessitate considerarent vitam haud dubiè insituerent melius, & mortis negotium animosius agerent, nec

nec vita vitiosè peracta, ad mortem accederent
inparati, eamq; minus timide obirent. Hic ergo
finis nimirum, ut juvenes, & quidem pietatis, hone-
statis, modestiæ studiosi, rectè vivant, iidem cum
rectè vixerint piè moriantur, non ita multis ante
oculos positus esse videtur, hujus illi immemores
in diem vivunt, alia omnia agunt, cælum ac terram
disputando concutiunt, elephantum ex musca, a-
ram è larina faciunt, & miseri cum omnia subtilis
ingenij ala pervolitarunt, se ipsos fugiunt, vitæ suæ
legem ignorant. *εὐθανασίας ἐδέξαι λόγος*. Vitaq; cū ge-
mitu fugit indignata, sub umbras, cum fatalis die
severitas istud subtilitatis filū abrūpit, & ipsos ver-
bi velites, acerbo funere mergit. Alia mens, aliud
ingenium in sui stadij fine persequendo fuisse vide-
tur, ut ex eventu apparet, juveni pio, modesto & e-
rudite Dn. CHRISTOPHORO MASCHOVIO, Gryphs-
WALDEN I Pomeranop. m. qui recte vivendi artem
undecunq; didicerat, bene didicisse & exercuisse
visus est, noverat enim quid honestum esset, quid
turpe, quid justum, quid injustum, quid ad sum-
mam expetendum, quid fugiendum, quomodo se
erga Deum, erga parentes, erga seniores, leges, ma-
gistratū, amicos, alienos, æquales, inferiores, gerere
conveniret adolescenti, præcipue pietatis & mode-
stiæ studioso: & hanc suam cognitionem non tam
disputando quam vivendo præ se ferebat: Deum
enim

nim venerabatur, non vultu solum & gestu ad pietatem & probitatem composito, sed animo sincero & corde puro, parentes honore debito afficiebat, seniores reverebatur, legibus obtemperabat, amicos diligebat, cum æqualibus pacem colebat, inferioribus bono exemplo prælucebat, nihil officij, quod quidem ætati & conditioni ejus conveniebat, vel neglectu vel contemptu intermittebat: nec eos ex quibus istarum rerum cognitionē hauserat, quasi fatuos ignes traducebat, in quibus divinae lucis ac rectæ rationis, si non clare splendentes radios, at saltem scintillas ac stricturas non obscure micantes videbat, sed ut virtutis magistros colebat. Quoties Deum esse patrem hominum, Dei providentia mundum gubernari, Deum esse clementem erga vere penitentes, gravem & severum erga improbos, & securos nequitia suæ indormientes, cuius voluntati obsequentem esse piæ & rectum sit, obmurmurare & repugnare impiæ & pravæ: pietati suæ proemia, scelerei suæ supplicia decreta esse: Deo magis obediendum quam hominibus, præstare ut injuria accipiatur, quam inferatur, pro inimicis orandum, precibus Deum iratum flecti posse, sed pijs & castis, malum non compensandum, esse malo, appetitum & concupiscentiam coercendam esse, verbum Dei esse navis instar, qua qui feratur, ei securum pelagi mundani transitum ad portum

tum

tum contingere, neq; aliud vehiculum tutius dari;
mortem, præcipue piorum, esse somnum, patriam
nostram in coelo esse: Ista & alia istorum similia,
quoties in monumentis eorum legebat, toties & se
hominem patris illius filium, paterna ejus providē-
tia regi credebat, voluntati ejus obsequens minime
ob murmurabat, in ferendis ærumnis & injurijs pa-
tiens ad opem illius & Dei & patris, & curam sui
gerentis confugiebat, promissis ejus confidebat,
mortis terrorem spe' coelestis patriæ superabat, & in
omnibus ipsi Deo gratias agebat, qui scintillas tales
etiam sub cineribus excitasset servatas, & non nihil
ijs efficaciam post clariorem verbi sui lucem
& ignem ardentiorum, concessisset. Et recte
quidem, si enim cuivis homini gratiam debentur,
qui rei bonæ usum nobis monstrat, ut frugum Tri-
ptolemus: quidni Deo omnium bonorum auto-
ri debeantur longe maximæ & perpetuæ, qui talia
tantaq; ad piam & honestam vitam adminicula,
nonnulla quoq; mortis terrore minuendo saltem,
si non fugando, remedia ^{ipsi} monstravit. Sed hu-
jus beati juvenis vitam & mortem paulo propius,
quantum nobis innotuit inspicimus. Is natus
est Anno 1618. die 16. Martij in vicina, & Academiæ
ornamento clara urbe Gryphswaldia ex parenti-
bus primatij. Pater ei fuit Reverendus & Clarif-
simus Vir Dn. GEORGIUS MASCHOVIUS, Theologiæ


Doctor & Professor in ista Academia primarius;
Mater honestissima, pietate & alijs vittutibus or-
tissima foemina ILSABE Gorschwandt/ Viri Amplif-
simi & prudentiss. Dn. CHRISTOPHORI Gorschwandt/
Senatoris de Republ. Gryphswaldensi bene meriti
legitima filia. Avus paternus Vir Doctissimus &
praestantissimus Dn. NICOLAUS MASCHOVIUS, p. m.
Academiae Gryphswald, Secretarius & fisci Wol-
gastani in Pomerania advocatus: Cujus uxor, hu-
jus nostri piè defuncti avia paterna, fuit Nobilissi-
ma foemina, MAGDALENA Upenburges/ Viri Nobis-
simi & Strenui CASPARI Upenburges/ auff grossen
Ernsthose vñ Pentshin hæreditarij legitimè nata filia
Ex his ergo in ioribus quidem nobilissimis & pri-
marijs, natus, præter octo fratres & quatuor sorores
tamè renatus est ex aqua & spiritu per lavacrū re-
geneationis & renvoationis, & corpori Christi my-
stico quod est Eccl, in tertus. A prima pueritia sacras
litteras Catechumenus didicit, & ex ijs ad ultior in
studio pietatis, ut quotidiana, sic magna incremē-
ta acquisiuit. Quo in studio, ceteras quoq; virtutes
comprehendente, ad annum septimum decimum
progressus aptus visus est parenti, ut hanc ad Uni-
versitatem nostram dimitteretur, & ceptam studij
sublimioris telam pertexeret. Ornavit ergo spartam,
quam nactus erat, & in ea mentis atq; ingenij
cultum, de quo paulo ante scripsimus, adeptus est.
Scie.


Sciebat juvenis ingeniosissimis, honestæ matronæ,
haud in decorum esse, si prodeundum sit in publi-
cum, pedissequa nec deformi, nec inculta uti. Ipse
ergo, um ad Theologiam, nō cerussatā, sed forma
& veritate nativa ornatam dominam adfectaret
viam, noluit famulæ Philosophiæ nullam notitiā
habere, cujus conciliatū ipsi dominæ, non solum
familiarius innotesceret, sed cultum quoq; elegā-
torem, & munera, ad fidem, spem, caritatē, & alias
virtutes acquirendas idonea, inveniret. Successit
consiliū & in utroq; studio progressus fecit non
penitendos, ut apparuit non solum indispu-
tando & concionando, sed & vivendo ex-
formula, quam Servator noster omnibus reliquit
sequendam & alijs prædicandam. Nec ab institu-
to recessisset, nisi Deus pium & modestum juvenem
tertio ætatis septenario absoluto ad se in coelum,
evocare decrevisset. Igitur morbo mortis mini-
stro & nuntio correptus, humana quidem remedia
non contempsit vel neglexit, sed oculis, præcipuè
fidelis animi in Deum conjectis, opem & auxilium
rogavit, quem Deum, quem patrem, quem provi-
dentem, benignum, potentem noverat; cujus præ-
scitu, voluntate, permissu fierent, quæ fiunt, nec
se istius curæ divinæ, & voluntatis paternæ exfor-
tem esse. Ergo in memoriam sibi revocabat exem-
pla sanctorum, nec ea saltem, sed aliorum quoq;
soli

folij rationis rectioris ductu, se contra mortis me-
tum confirmantium & munientium; Ita enim col-
ligebat, si id facere possunt, qui tamen evidentem,
Spiritus sancti praesentiam & efficaciam sibi pro-
mittere non potuerunt, quidni faciat recte credēs,
cui omnia sunt possibilis? Ita ergo cum vixisset ju-
venis praestantissimus, ita ex hoc mundo discessit
die 3. Martij inter secundam ac tertiam matuti-
nam, ut minime dubium sit, quin anima ejus in
manu Dei sit, cui placuerat & ipse in novissimo die
ad vitam & laetitiam aeternam sit resurrecturus.
Deus pater & fons consolationis, omnes qui im-
maturum ejus obitum propinquius lugent, effica-
ci consolatione erigat & lacrimas eorum abster-
gat. Nostrum est, cives Academici, pio, modesto
& erudito juveni summum Christiani officij hono-
rem ac testimonium exhibere & praesentia nostra
funus ornare, quod faciendum est in templo S. Ma-
riae hora prima pomeridiana. P. P. Rosto.


chij sub sigillo Rectoratus die 21.

Martij, Anno 1639,





Sciebat juvenis ingeniosissimis,
haud in decorum esse, si prodeu-
cum, pedissequa nec deformi, ne-
ergo, cum ad Theologiam, nō ce-
& veritate nativa ornata dom-
viam, noluit famulæ Philosophi-
habere, cujus conciliatū ipsi do-
familiarius innotesceret, sed culti-
torem, & munera, ad fidem, spei
virtutes acquirendas idonea, in
consiliū & in utroq; studio prog-
pānitendos, ut apparuit non
tando & concionando, sed
formula, quam Servator noster o-
sequendam & alijs prædicandam.
to recessisset, nisi Deus pium & mo-
tertio ætatis septenario absoluto
evocare decrevisset. Igitur mor-
stro & nuntio correptus, humana
non contempsit vel neglexit, sed
fidelis animi in Deum coniectis, o-
rogavit, quem Deum, quem patre-
dentem, benignum, potentem no-
scitu, voluntate, permissu fierent
se istius curæ divinæ, & voluntati-
tem esse. Ergo in memoriam sibi
pla sanctorum, nec ea saltem, sed



atronæ,
publi-
uti, Ipse
d forma
fectaret
notitiā
solum
elegā-
& alias
accessit
non
dispu-
o ex-
eliquit
nstitu-
venem
elum,
mini-
media
ecipue
xilium
provi-
s præ-
, nec
exfor-
exem-
uoq;,
foli-